

I. Reprise de la vie commerciale et du travail des champs

SOLVITVR acris hiems / grata uice ueris et Fauoni

trahuntque siccas / machinae carinas,

AC NEQVE iam stabulis / gaudet pecus aut arator igni

NEC prata canis / albicant pruinis.

II. Légèreté des chœurs nocturnes de Vénus et de ses suivantes (danse printanière)

Iam Cytherea choros / ducit Venus **IMMINENTE LVNA**

iunctaeque Nymphis / Gratiae decentes

alternò terram quatunt PEDE, dum grauis Cyclopum

Volcanus ardens / uisit officinas.

III. URGENCE DU TEMPS PRÉSENT : VÉNUS / FAUNUS (strophe centrale)

NVNC decet aut uiridi nitidum caput **impedire myrto**

aut flore, terrae quem ferunt *SOLVTAE* ;

NVNC et in umbrosis Fauno decet **immolare lucis,**

seu poscat agna siue malit haedo.

IV. Brutalité de la Mort / la nuit des enfers et de leurs ombres (danse macabre)

Pallida Mors aequo pulsat PEDE pauperum tabernas

regumque turris. O beate Sesti,

uitae summa breuis spem nos uetat **INCHOARE LONGAM.**

Iam te prem[et nox] fabulaeque Manes

V. Les plaisirs ou les jeux

et domus exilis Plutonia, quo simul mearis,

NEC regna uini sortiere talis

NEC tenerum Lycidan mirabere, quo calet iuuentus

NVNC omnis [et mox] uirgines *TEPEBVNT*.

5

7

10

13

15

20